

vitæ huius ne ratio quidem ulla habeatur ;
 imò potius si quid prius deletabile visum
 est , si quid gratum , id nunc amarissimum
 & odibile dicitur . Nullus famulorum , sed
 ne amicorum quidem quisquam & famili-
 arium , aliquid in auribus ei loqui audebit
 de his , quæ huic vitæ esse videntur necessa-
 ria , sed tantummodo de humanarum re-
 rum caduco & fragili statu , de incertis vi-
 tæ huius & lubricis rebus sermo habetur ,
 & varietas ac mutabilitas mortalis vitæ
 philosophicis assertionibus exponitur , at-
 que omni ex parte anima PER DOLO-
 REM LUCTUS , tanquam in quo-
 dam sacrario collocata , novis nunc de na-
 turâ humana imbuitur disciplinis ; ut agno-
 scere incipiat & sentire præsentis seculi
 fragilitatem , quam instabilis sit , & quam
 citò fugiat omne quod in eo magnum vi-
 detur : quamque fluxus & corruptibilis
 sit Mundi status ; utique omnia tanquam
 in scena agantur & mimo . Et quidem
 tunc verè miseræ & probrofæ apparent
 divitiæ , tunc foeda videtur jaqtantia . In-
 vidia verò , & ira , & concupiscentia , ne ad
 extremas quidem januas lugentis accedit ,
 sed